

ungito et in nomine tuo levabo manus meas. Alle. Sec.

Benedictionem nobis Domine ostende salutarem dicen semper oblato. ut quod agitur mysterio, virtute perficiat. per. Ego sum panis vivus. Alle. et cognovi oves meas et cognoscunt me oves. Alle. Alle.

Post co.

Prosta nobis omnipotens deus. ut unum sicut tuae gratiae celebrantes. in tuo semper munere gaudeamus. per. Dominica iii post pa sca

Deus qui errantibus ut in viam possint redire iustitiae veritatis tuae lumen ostendis. da cunctis qui christiana professione censentur. et illa respicere quae huic inimica sunt noverint. et ea quae sunt acta sectari. per. Lectio epistole beati pet apli

Rogo. obsecro vos tanquam advenas et peregrinos. abstinete vos a carnalibus desideriis. quae militant adversus animam. Conversationem vestram. inter gentes habentes bonam. ut in eo quod detractant de vobis tanquam de malefactoribus. ex bonis operibus vos considerantes. glorificent deum. in die visitationis. Subiecti estote omni humanae creaturae. propter deum. sive regi quasi praecellenti. sive ducibus tanquam ab eo missis. ad vindictam malefactorum. laudem vero bonorum. Quia sic est voluntas dei. ut benefacientes obmutescere faciatis. imprudentium hominum ignorantiam. quasi liberi et non quasi velamen habentes malitiae libertatem. sed sicut dei. Omnes honorate. fraternitatem diligite. deum timete. regem honorificate. Servi subditi estote in omni timore domini. non tantum bonis et modestis. sed etiam discolis. Haec enim est gratia. in christo iesu domino nostro. Alle. Ad offertorium. Benedictiones maioris dei. per filio. Alle. Quemadmodum pan. xpo et refecti a morte et in mortem in gloria eius. Sedo

Milleter. d. i. vi. ii. Quodcumque et iam non habebimus. vobis. meci et vobis modicum et videbitis me. quia vado ad patrem. dixerunt ergo discipuli eius ad invicem. Quid est hoc quod dicit nobis modicum et non videbitis me. et rursus modicum et videbitis me. quia vado ad patrem. dicebant ergo quid est hoc quod loquitur modicum. nescimus quid loquitur. cognovit autem iesus quia volebant eum interrogare. et dixit eis de hoc quaerebatis inter vos. quia dixi modicum et videbitis me. et iterum modicum et videbitis me. amen amen dico vobis. quia plorabitis et flebitis vos. mundus autem gaudebit. vos autem contristabimini. sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cum parit tristitiam habet. quia venit hora eius. cum autem genuerit puerum. iam non meminit pressurae. propter gaudium quia natus est homo in mundum. et vos ergo nunc quidem tristitiam habetis. iterum autem videbo vos. et gaudebit cor vestrum. et gaudium vestrum nemo tollet a vobis. et in illo die me non interrogabitis quicquam. Amen amen dico vobis. quicquid petieritis patrem in nomine meo. dabit vobis. usque modo non petistis quicquam in nomine meo. petite et accipietis. ut gaudium vestrum sit plenum. Haec in proverbiis locutus sum vobis. venit hora cum iam non in proverbiis loquar vobis. sed palam de patre annuntiabo vobis. Per. Ad pacem. Sanctificetur. Alle. Ad communionem. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. Alle. Ad complendum. Quae sumpsimus domine. Alle. Alle.

Ad sanctum laurentium. Offitium missae et orationes ut in natale eiusdem. Sed

Ad primam. Ad qui hodierna die. actuum apostolorum

Hebdomada. Illo. philippus descendens in civitatem samariae. praedicabat illis xpm. intendebant autem turbae. his quae a philippo dicebantur. unanimiter audientes et videntes signa quae faciebat. Multi enim eorum qui habebant spiritus immundos. clamantes voce magna exibant. Multi autem paralytici et claudi. curati sunt. Factum est ergo gaudium magnum in illa civitate. Sequentia sancti euangelii secundum lucam.

Illo. Convocans iesus duodecim apostolos dedit illis virtutem et potestatem super omnia daemonia. et ut languores eo

tuo vicinarum civitatum vel loca. affferentes egros. vexatos a spiritibus immundis. qui curabantur omnes. Alle. Ad communionem. Sed hic. Sequentia sancti euangelii secundum iohannem.

Illo. d. i. vi. ii. Nemo potest venire ad me. nisi pater qui misit me traxerit eum. et ego resuscitabo eum in novissimo die. Est scriptum in prophetis. et erunt omnes docibiles dei. Omnis qui audivit a patre et didicit. venit ad me. non quia patrem vidit quisquam. nisi hic qui est a deo hic vidit patrem. amen amen dico vobis. qui credit in me habet vitam aeternam. Ego sum panis vitae. patres vestri manducaverunt manna in deserto et mortui sunt. hic est panis de caelo descendens. ut si quis ex ipso manducaverit non moriatur. Ego sum panis vivus. qui de caelo descendi. si quis manducaverit ex hoc pane. vivet in aeternum. Et panis quem ego dabo. caro mea est pro mundi vita. Off. Sanctificabo te in veritate tua. quae dilexisti. et levabo manus meas ad mandata tua. quae dilexi. Sec.

Accipe quaesumus domine munus oblatum. et dignanter operare ut qui mysteriis agimus pius effectibus celebremus. per eundem dominum nostrum. Alle. Praesta quaesumus nobis. Alle. Per eundem.

Sumentes domine caelestia dona. quae celebramus in mysterio. ut quae nunc gerimus. certius gaudiis consequamur. per. Ad sancti laurentii. Offitium missae et orationes ut in natale eiusdem. Ad

Ad primam. Ad qui hodierna die. actuum apostolorum

Hebdomada. Illo. philippus descendens in civitatem samariae. praedicabat illis xpm. intendebant autem turbae. his quae a philippo dicebantur. unanimiter audientes et videntes signa quae faciebat. Multi enim eorum qui habebant spiritus immundos. clamantes voce magna exibant. Multi autem paralytici et claudi. curati sunt. Factum est ergo gaudium magnum in illa civitate. Sequentia sancti euangelii secundum lucam.

Illo. Convocans iesus duodecim apostolos dedit illis virtutem et potestatem super omnia daemonia. et ut languores eo